

90

LV

Quarta consideratio est ex parte dei. nam si deus vult nostra corpora resurgere. et potest hoc facere. necessarium est resurrectio nem futuram esse. probatum quod ipse velit. Nam constat quod deus vult illud esse quod decet deum velle scilicet deus eum resurrectionem corporum velle. ergo certum est resurrectionem eum velle nam quod eum deceat ratio certissima manifestat. constat enim eum esse iustissimum. ergo remunerat omne bonum. sed corpus veri sancti bonum facit. vigilando. ieiunando. laborando. portando. corpus autem hominis a peccatorum contrarium facit. ergo si deus iustus existit. unum remunerabit. alteri condemnabit. sed hoc non esset nisi resurgerent. resurrectionem ergo futuram esse necessarium est. quod autem deus resurrectionem facere possit ratio manifesta convincit. nam maius est de nihilo rem facere. quam corruptam reparare. sed deus facit primum. ergo facere potest et secundum. Item pellicanus dum filios a serpente occisos invenit sanguinem quem de pectore suo latere extrahit. super filios fundit. et ad vitam resurgere facit. ergo quod potest sanguis pellicani facere. non poterit sanguis christi. Item leo dum filios exanimos respicit iacentes. super eos fortissimi rugit. et sic eos ad vitam adducit. ergo si bestia hoc facit. quare deus hoc facere non poterit. unde apostolus. i. Thessalonicorum iij. dicit quod in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. Non est ergo contra naturam resurrectio corporum quod quis fiat a superna natura quod ex duplici natura componitur homo elementari scilicet et celesti. Non enim in corpore nostra tanta elementorum contrarietas esse possit. nisi natura celestis adisset. que contrarietatem conciliaret. et in quadam armonia adduceret quod ergo motus corporis sequitur pondus naturae in corpore diantis. sicut non est contra naturam corpus ferri sursum nisi diante in corporibus nostris terra sive elementaris natura. corpora nostra habitent in terreno loco. sic contra naturam non erit nisi deo faciente celesti na-

tura in corporibus nostris diante. quod corpora nostra sint in celo. gaudet ergo electi quod gloriosa sunt corpora recepturi. et tristetur reprobi quorum corpora non erunt lucida. sed obscura. non agilia sed ponderosa. non virtuosa sed infirma. non impassibilia sed omni passioni supposita quod quis omnino in mortalia. et quodammodo felices essent si vitam finire aliquid morte vel aliquo modo possent.

¶ Feria. iij. pasche Sermo. lxxv ¶ A

Stetit iesus in

medio Job. xx. Sicut doctrina quam prophetus tradit in Ezechielis. Omnis virtus in medio consistit. vnde quanto res ad medium magis accedit. tanto virtuti proximior fit. et quanto plus a medio recedit et proximior fit extremis tanto a virtute magis recedit. medium autem a modo est nominatum. ut nihil sit aliud tenere medium quam servare in omnibus iustum modum. unde Bernardus. Tene medium si non vis perdere modum locus enim medium virtus est. Dominus ergo qui non solum verbis sed docet nos et factis. et stetit et in medio stetit. Nam stare pertinet ad laborem. sed in medio stare pertinet ad amorem. Dum ergo stetit laborare nos voluit sed dum in medio stetit. caritatem ipse nobis suo opere commendavit.

¶ Nota quod dominus stat ad notandum ut ad patriam venias. stat ad pugnam ut vincas. stat ad profectum ne in bello deficias. et stat ad indicandum ne sine munere bonum malum persequas. Dico quod stat dominus ad vocandum ut ad patriam venias. omnis enim eius vita omnis eius doctrina. ad hoc fuerit ordinata ut facis et deus nos vocaret ad patriam. et ideo. qui penitentiam facere renuit omne illud infringit et deserit. propter quod christus venit. quod autem dominus ad hoc steterit dicitur. Jo. vij. In die inquit magno festivitatis stabat iesus et clamabat. Si quis sitit. id est qui penitentiam facere cupit veniat ad me et bibat. id est gratiam accipiat. per quam penitentiam dignam faciat

Dominus vocat ad penitentiam id est per se

¶ 2